

S. P.

Filii tui prematurus ex hac vita abitus mihi non parum dolet, vir ^{prostantiss}. Quin vero pro ea, qua ornatus es singulari pietate moderate cum feras, non ambigo. In portu iam est, ex immenso hoc calamitatum oceano emerit. Cui palatella in ipsum dona illa contulit, eadem impertiri aliis potest. Quod ut faciat, ipsum veneror. Marcus ille Sedlumpfius hactenus bene se tractat. Nactus est apud nos magistrum egregium, virum honestissimum ac pientissimum, qui acriore disciplina ipsum constringit. Idem est artis, cui addictus est, peritissimus. Nullus dubito quin ad frugem sit perventurus, si aures piis adhortationibus accommodare perget, et domesticum ad exemplum sese componet. De responso ad epistolam tuam monebo hominem, cum in ipsum incidero. Habet utiq, quod gratias tibi agat maximas, qui ipsum vagans alius generi mei ex incendio periculossimo eripuisti. Vetus pifilator duinceps sapiet. Quam quidem gratiam ipsi ex animo precor. Fœderis Helvetici cum Gallo renovationem conclusam fere, credo: Quamquam iam inde a reditu nostræ e Comitibus Arou. alium de la sit silentium. Scripsi ego aliquid de illo fœdere, quod ad aures tuas pervenisse video, quod quidem exiguum fuit initio, unicum scilicet argumentum, quo contra quosdam sciolos seniores conclusi, fœdus Evangel. civitati Helveticarum cum Gallo non adversari Deo ejusq, verbo. Id quidam ex collegis leuiter infringere conatus est Notis suis super illo: quas vicissim castigavi, & simul bellum hoc abrupi: Collega enim Notatorum castigationem de sententia ampliss. Dnn. Consultu non exhibui, ne sermone hanc in immensum reciprocaremus. Equidem si prout ipse incesisset hanc meam castigationem vellendi, minime tacuissem. Quicquid autem scripti est, id utiq, Dnn. Consultum apprimè placuit, aliisq, procerum nostrorum. Quod si id videre gestis, difficilem quidem me non senties, sed sub hac conditione, ne cuiq, id ostendas, ne cum ulla hominum id communices. Nolim profecto collegam offendere, nolim ignem fodere: abhorreo à similitudinibus, ab intestinis collisionibus. Et sat alias inimicorum habeo, qui me & filium meum infantem hoc anno persecuti sunt; quod Deo vindici committo. Ex his jam unus ut XIX disparuit, & ad plures iit. Firma in Deu recumbo fiducia, ipsum me contra reliquos etiam asserturum. Vale, vir amice, in sospitate Jesu, & me. quod facis, amare perge. Tiguri 5. Jun. 588.

T. T.

Job. Wirtzius.

Vire
Adversarius Helveticus
Filius meus in Tiguri
Hinc pro, pro, pro, pro
Hinc pro, pro, pro, pro

Wirtzius

